



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindiciæ Pro Nicolao Smitheo, Contra censuram nomine  
Facultatis Parisiensis editam in eiusdem librum, cui  
nomen, Modesta & breuis Discuſſio, &c.**

**Goffar, Antonius**

**Leodii, 1631**

Capvt Primvm. Refutatio Ce[n]suræ in quæſtionem quartam discussionis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38773**

CONFESSIO  
XII. DE CATHOLICO  
XIII. DE SENSIBUS  
XIV. DE MATERIA

## CAPUT PRIMVM.

Refutatio Césuræ in quæ-  
stionem quartam dis-  
cussionis.

## PROPOSITIO.

*Ex quest. 4. Num. 4.*

**V**ERVM est fuisse Sa-  
cramentum Con-  
firmationis institu-  
tum ad dādam gratiam pro-  
fide profitenda : & S. Tho-  
mas docet hominem per il-  
lud recipere augmentum

A &

& incrementum. Quod tamen ita intelligi non potest, ac si hoc Sacramentum esset unicum medium ad obtinendum eiusmodi spirituale augmentum, quia per alia Sacra menta, & ordinaria Dei auxilia possimus recipere effectum eiusdem gratiae, quae datur in Confirmatione; unusquisque secundum mensuram gratiae a Deo communicatae, iuncta cooperatione liberi hominis arbitrij, sicuti Apostoli in Pentecoste, cum extraordinariâ Spiritu Sanctum receperunt absque Sacramento Confirmationis, rem Sacramenti sine Sacramento.

CE N-

CENSURA.

**H**Æc propositio est æqui uoca & fallax propter particulas *ordinaria*, & effectum eiusdem gratie relatas ad verba illa *ad profitem* dam fidem, & eo sensu est falsa, quo medijs ordinarijs, id est, communibus & quotidiani augmenti illius spiritualis, quod Sacramento Confirmationis proprium est, productionem adscribit. Fallax item, propter comparationem mediorum ordinariorum aliorū à Confirmatione cum missione visibili Spiritus Sancti, que <sup>Act. 1.</sup> Sacramentū Confirmationis significabat, illiusque

A 2                  effe<sub>z</sub>

<sup>Act. 1.  
& 2.</sup>

## REFUTATIO.

I. **M**ira sanè istorum hominū leuitas & impudentia , tot grauissimos Doctores, tot Ecclesiæ lumina damnata velle. Plurimos, si non omnes antiquos pariter ac modernos de hac re agentes legi , sancteque affirmo nec vnum me inuenisse , qui à Discussore dissentiat : neminem ex ijs qui rem clarè & ex professo tractant, qui ei nō aperi-  
tissimè suffragetur. Huiusmodi dogmata si impunè liceat Richeristis Doctoribus notâ afficere ; nobis etiam

etiam licebit malignam eo-  
rum garrulitatem cōtem-  
nere & cōculcare. Discus-  
foris sententia Quæst. 4.  
num. 2. clara est & faci-  
lis. Videlicet incremen-  
tum illud gratiæ & robur  
ad profitēdām fidem, quod  
confert Confirmatio, posse  
per alia Sacra menta & me-  
dia ordinaria obtineri; nec  
vnicam illius acquirendi  
viam esse Confirmationis  
Sacramentum. Hoc passim  
à Theologis docetur: refe-  
ram eos qui apertiūs lo- <sup>a In 4.</sup>  
quuntur. Adrianus ergo , <sup>a de Sa-</sup>  
*In Baptismate infundūtur om-* <sup>cram.</sup>  
*nes virtutes unā cum gratia matio-*  
*baptismali, cùm Dei perfectasint* <sup>nis</sup>  
*opera, ut dicitur Deut. 32. per* <sup>verb.</sup>  
*hoc ergo sufficienter armamur* <sup>Etsi ad-</sup> <sup>gum.</sup>

A 3      non &c.

non solum aduersus carnem &  
sanguinem , verum etiam ad-  
uersus Rectores tenebrarum  
harum, aduersus quos nobis est  
colluctatio & pugna , vt dicit  
Apostolus, & similiter fit per  
Sacramentum Pœnitentiæ, ergo  
Confirmatio non est simpliciter  
necessaria. Sētit igitur mag-  
nus hic Theologus , iustos  
per dona & virtutes, quas  
in iustificatione recipiunt ,  
ita esse instructos, vt gratiâ  
acceptâ benè vtendo pos-  
sint meritoriè & fæliciter  
in pugnâ superare: & me-  
ritò; nam vt docet Conci-  
lium Tridentinum, <sup>2</sup> Deus  
iustificatos non deserit ,  
quin potius iugem virtutē  
in eos influit, cuius auxiliij  
beneficio efficitur iugum  
suaue,

<sup>1</sup> Sess. 6.  
<sup>2</sup> c. 11. &  
xvi.

suaue, & onus leue, & mandatorum omnium obseruatio adimpletur. Consonat <sup>a Ad</sup> Apostolus <sup>a</sup>, vbi de fælicis Rom. simo Renatorum statu dis- <sup>8.v.12.</sup>serens, ait, iustos, debitores amplius carni non esse, ut secundum carnem viuant, &c. Verissimum itaque est à Scripturis & Cōcilijs traditum, posse iustificatos cooperando strenuè auxilijs diuinæ gratiæ ordinarijs & continuis, obseruare omnia mandata Dei, proficere de virtute in virtutē, tentationes omnes superare, adeoque & contra externos persecutores fortiter stare. Et contrarium quod hīc docet censura, videlicet robur istud ad fidē

A 4 pro-

profitendam haberi nō posse etiam à iustis per hæc auxilia Dei ordinaria , impium est,iustitiæ inhærentis dignitati derogās, & hæreticum. Sed audiamus alios. Dominicus Sotus <sup>a</sup> negat Confirmationis Sacramentum esse necessarium ad salutem , etiam quando confitenda esset Fides coram Tyranno , nec deesset Sacramenti copia : *potissimum* , inquit , *cùm in Baptismo homo gratiam & virtutes , quibus ad id muneric adiuuantur , receperit.* Sentit ergo Sotus per auxilia iustis ordinariè conferri solita , ro-

<sup>b</sup> To. 3. bur istud obtineri posse , vt  
in 3. etiam apertè tradit art. 7.  
part. Franciscus Suarez. <sup>b</sup> sic ait.  
disp. 7. sec. 3. Si

<sup>a</sup> In 4.  
dist. 7.  
q. vn.  
art. 8.

Pro Nicolao Smitheo. 9

Si quis non confirmatus sit in  
necessitate vel periculo dese-  
rendi fidem , potest , si faciat  
quod in se est , obtinere à Deo  
omne auxilium necessarium ad  
confitendam fidem , & tanta  
charitate & fiducia potest orare  
Deum , ut ab ipso obtineat su-  
perabundans auxilium aequale ,  
& fortè maius , quām sit illud ,  
quod per Confirmationem da-  
tur ; cur enim hoc negandum  
est , cùm totum hoc cadere possit  
sub gratiæ meritum , & per iu-  
stam & honestam petitionem  
possit debito modo postulari ?

Et iterum <sup>a</sup> asserit ex insti-  
tutione , fine , & effectu Cō-  
firmationis solum colligi  
eam esse utilem valde ad  
perseuerandum in fide , nō  
tamen necessariam , quia

A s suns.

<sup>a</sup> Disp.  
38. scđt.

sunt alia media sufficientia ad eum finem consequendum, qualia sunt oratio, meritum, virtutis exercitium & similia. Es-

<sup>a</sup> In 4. tius, <sup>a</sup> Etsi non negemus robur  
dist. 7. §. 18. illud Spiritus sine hoc Sacra-  
mento, eiusq; voto haberi posse.

<sup>b</sup> Lib. 3. Henriquez, <sup>b</sup> Subsunt alia ar-  
<sup>c. i. n.</sup> ma ad Eph. 6. ut orationis, cō-  
fessionis, & communionis, qui-  
bus miles fortis munitur ad lu-  
ctam: ergo secluso contemptus  
nullum per se est peccatum o-  
mittere Cōfirmationem. Ada-

<sup>c</sup> To. 4. mus Tanner, <sup>c</sup> Professio fidei  
dis 4. q. debita suo quidem tempore est  
<sup>d</sup> dub. <sup>a. n. 43.</sup> necessaria, sed ad quam etiam  
ordinaria gratiae auxilia suffi-  
<sup>d</sup> 13. ciunt. Siluius <sup>d</sup> docet non si-  
par. q. militer requiri votum Cō-  
72. ar. firmationis, sicut baptismi  
8. ad 1. ad obtinendum eius effec-  
tum,

Etum, quandoquidem Confirmationis non sit prorsus necessaria, possitque robur & gratia ad fidei professionem necessaria, obtineri oratione, ieunijs, alijsque bonis operibus. Martinus Bonacina, <sup>a</sup> Ex quo fit, ut qui Confirmationem sponte omittit, non peccet mortaliter secluso contemptu, etiam si omittat, quando fidem debet protestari coram <sup>b</sup>.

<sup>a</sup> Dis.  
3. de  
Sacra-  
mentis  
q. vni-  
puncto  
<sup>c</sup> 2.

Tyranno. Quamuis enim Confirmationis vires tribuat, & robur ad profitendam & confirmandam fidem, nihilominus huiusmodi vires possunt per alia media obtaineri, ut medijs orationibus, Confessione, & Eucharistia. Valerius Reginaldus <sup>b</sup> ait, non esse peccatum mortale, Sacramentum istud ex negligentiâ, & verecundiâ, secluso <sup>b</sup> lib. 28. <sup>c</sup> I. n. 26..

contemptu omittere, etiam toto  
vitæ tempore. Nec est quod quis  
obligiat eiusdem Sacramenti fi-  
niem, perseveratiam (inquam)  
in fide, & obsequio Christi, nam  
et si id ipsum Sacramentum sit  
ad talem finem valde utile, non  
est tamen necessarium, cum sint  
alia media ad illum finem con-  
sequendum, ut oratio, & alio-  
rum bonorum operum exerci-  
tium. Ioannes Praepositus<sup>a</sup>  
<sup>72.21.</sup>  
<sup>1.dub.</sup>  
<sup>3,</sup> de Sacramento Confirmationis ait: *Homini constituto*  
*in necessitate profitendi fidem*  
*coram Tyranno, non deesse alia*  
*media, quibus constantiam à*  
*Deo possit obtinere, & infrà:*  
*Quamuis, inquit, cognoscatur*  
*medium conueniens, simul ta-*  
*men cognoscitur non esse ne-*  
*cessarium, cum alia etiam ordi-*  
*naria.*

<sup>a</sup> 3. P. q.  
72.21.  
1.dub.

*Pro Nicolao Smitheo.* 13

*naria suppetant. Hæc viri isti  
doctissimi, & alij quos citat  
Bonacina. Idem haud du-  
biè sentiunt illi, qui docent  
nullam esse obligationem  
fusciendi Sacramentum  
Confirmationis, secluso  
contemptu, vel certè non  
nisi vbi commodissimè, &  
cum omnimodâ opportu-  
nitate haberi potest. Ita S.  
Thomas, <sup>a</sup> aiens sine Con-  
firmatione posse salutem <sup>a 3. par.  
q. 72.. ar. i. ad</sup>  
obtineri, *dum tamen*, inquit, <sup>b</sup> 3.  
*non prætermittatur ex con-  
temptu Sacramenti. Scotus* <sup>b In 4.  
dist. 7.</sup>  
*avit Sacramentum hoc non esse*  
*necessarium simpliciter. Est ta-* <sup>q. 2.</sup>  
*mēn, inquit, adulto necessariū,*  
*sic quod non contemnat: &*  
*complures alij quos infrā*  
*num. 16. afferemus. Iam*  
*verò**

verò proferant aduersarij  
vel vnum scriptorem, qui  
dicit incrementum gratiæ,  
& robur fidei, quæ in Sa-  
cramento Confirmationis  
dantur, non posse per alia  
media ordinaria obtineri.  
Nullus hoc dicit, & etiamsi  
vnus aut alter id assereret,  
at sanè hoc satis non foret,  
ad sententiam longè com-  
muniorem notâ falsitatis  
afficiendam. Ex quo mani-  
festum est, Censuram quo-  
ad hanc partem, iniustum  
esse, & in supremo gradu  
temerarium, vt quæ non  
solum receptam sententiā  
leuiter negat, sed, quod in-  
tolerabile est, falsitatis con-  
demnat.

2. Nec difficile est osten-  
dere,

dere, quantum à vero aber-  
rent Censores, dum ita au-  
dacter & simpliciter negat  
robur illud Spiritus, quod  
à Confirmatione cōfertur,  
posse per alia media ordi-  
naria obtineri. Etenim ar-  
ma ista, quorum adminicu-  
lo Sacri Martyres Diabo-  
lum vicerunt, alia non sunt,  
quām Fides viua, quæ per  
dilectionem operatur; *per*  
*fidem vicerunt regna*, inquit <sup>a</sup> Ad  
Apost. <sup>a</sup> Vnde S. Petrus <sup>b</sup> Hebr.  
ad pugnam nos instruens <sup>ii. ver.</sup>  
ait: *Cui resistite fortes in fide.* <sup>33.</sup> <sup>b</sup> I. Pet..  
Et Apost. <sup>c</sup> In omnibus su- <sup>5. v. 9.</sup>  
mentes scutum fidei. Hæc est <sup>c</sup> Ad E-  
enim sperandarum substâ- <sup>phei. 6.</sup>  
tia rerum, quæ salubrem <sup>v. 16.</sup>  
diuinorum iudiciorum ti-  
morem gignens, carnes no-  
stras.

stras configit, quæ ad immortalitatis spem excitans, contra obstantes difficultates animum obfirmat; que diuini amoris æstu Sanctorum corda succendit, ut legem impleant, tantoqz ar-

Augu-  
stin. de dore diligent, ut carnis volun-  
correp. tatem contraria concupiscentē,  
& gra.  
c.ii.  
voluntate Spiritus vincant.

Hoc robur, hæc lumina, has flamas non obtineri à iustis, nisi per Sacramen-  
tūm Confirmationis, fig-  
mentum est, sine Authore,  
sine ratione, sine vllâ pro-  
babilitatis specie, contra  
Dei verbum, contra Con-  
cilium Tridentinum, con-  
tra experientiam quotidiana-  
nam. Experientia quotidiana  
docet, oratione, rerum  
diui-

*Pro Nicolao Smitheo.* 17

diuinorum attentâ medita-  
tione , carnis mortificatio-  
ne , piâ confessionis & Eu-  
charistiæ sacræ frequenta-  
tione , cœleste hoc lumen  
gigni & perfici , iuxta illud  
Dauidis <sup>a</sup> in meditatione mea  
*ex ardescet ignis.* Oratione ,  
castisque precibus illud  
obtineri posse , certum est ,  
& meo sanè iudicio aper-  
tum dogma Fidei Catholi-  
cæ . Si quis vestrum inquit  
Iacobus Apostolus <sup>b</sup> indi-  
get sapientiam , postulet à Deo ,  
qui dat omnibus affluenter , &  
non impropereat , & dabitur ei .  
Et Christus ipse <sup>c</sup> , Petere , &  
dabitur vobis : omnis enim , qui  
petit , accipit . Quod de donis  
gratiæ , quibus beatifica-  
mur , & beatitudinem me-  
remur ,

<sup>a</sup> Psal.  
38.v.4.

<sup>b</sup> Iacob.  
I.v.5.

<sup>c</sup> Matt.  
7.v.7.  
&c 8.  
Lucæ  
II.v.9.  
& 10.

remur , præcipuè intelli-  
gēdum est: hæc enim sunt

<sup>a 2.2.q.</sup> secundum S. Thomam <sup>a</sup>,

<sup>b 3. ar.</sup> quæ Christus nos absolutè  
<sup>5.</sup> & determinatè postulare

docuit. Nec dubitari po-  
test , quin hic effectus ora-  
tione etiam Dominicâ cō-  
tineatur, quæ vniuersa cō-  
tinet, quæ rectè desiderari

<sup>b 2.2.q.</sup> possunt, ut ex S. Augustino  
<sup>83.ar.</sup> docet S. Tho. <sup>b</sup> Quid enim

<sup>9.</sup> aliud est Christum coram  
Tyranno intrepidè confi-  
teri, quām nomen Dei san-  
ctificare , voluntatem eius  
facere , non induci in ten-  
tationem , sed à malo libe-  
rari ? *Deus* , inquit Conci-  
lium Tridētinum <sup>c</sup> , *impossi-*

<sup>c Trid.</sup> *bilia nō iubet , sed iubendo mo-*  
<sup>sess. 6.</sup> *net , & facere quod possis , & pe-*

<sup>c. II.</sup>

*tere*

tere quod non possis, & adiuuat,  
ut possis: ergo pulsando, pe-  
tendo, orādo, quæ sunt me-  
dia ordinaria diuinæ gra-  
tiæ, obtineri potest cœle-  
ste robur contra mūdi Re-  
stores tenebrarum harum ,  
& externos Fidei hostes ,  
qui est proprius Sacramē-  
ti Confirmationis effectus,  
ut docet Concilium Flo-  
rentinum,<sup>a</sup> & S. Tho.<sup>b</sup> Id  
ipsum probant tot præcla-  
ra constantiæ documenta  
à Catholicis Anglis exhibi-  
ta per multos annos sine E-  
piscopo, sine Confirmatio-  
nis Sacramento , atrocissi-  
mas persecutiones sustinē-  
tibus, cum gloriosâ victo-  
riâ , vt nihil illustrius iam  
sperari possit. Quocirca di-  
cere,

<sup>a</sup> In de-  
creto

Euge-  
nij 4.

<sup>b</sup> q. 79.  
at. i. ad  
i.

cere, Catholicos in perse-  
cutione constitutos non  
posse effectum hunc gra-  
tiæ, & robur spiritus per  
media ordinaria orationis,  
meditationis, sacræ com-  
munionis, ieunij, eleëmo-  
synæ, lectionis vitæ Chri-  
sti & Sanctorum obtainere,  
vt affirmant Censores, &  
quidem simpliciter sine  
restrictione vllâ, atque a-  
deò etiam vbi deesset Sa-  
cramenti Confirmationis  
copia; in quo maximè casu  
loquitur Discussor, immò  
in hoc solo, vt manifestè  
protestatur num. 1. impiū  
est, blasphemum, & hære-  
ticum.

3. Hæc de priore parte Cē-  
suræ istius. In posteriore  
aiunt

aiunt propositionem Dif-  
cussoris fallacem esse, quod  
ordinaria media alia à Cō-  
firmatione comparet, cum  
missione Spiritus sancti in  
Apostolos, per quam extra-  
ordiuariè ijs fuit collatus  
Sacramenti Confirmationis  
effectus. Sed fallunt ip-  
si, & falluntur. Extraordi-  
nariū quidem fuit, vt Spi-  
ritus Sanctus in Apostolos  
modo illo visibili descēde-  
ret: item vt mirabilem il-  
lam omnis generis gratia-  
rum abundantiam confer-  
ret, ( qualis nec in Sacra-  
mento Confirmationis, nec  
extra, communiter confer-  
ri solet. ) Denique vt inte-  
grum omnino Confirmationis  
effectum, etiam quo-  
ad

ad characterem ipsum , tri-  
bueret, vt iuxta mentem S.

**a** 3. par. Thomæ <sup>a</sup> docet Suarez <sup>b</sup>, at

q. 72.

ar. 2. ad

i.

ad inuisibiles gratiæ gratū

**b** 10. 1. facientis effectus , ad eos

in 3. p.

dis. 18.

sec. 3.

mitteretur , extraordina-

rium non fuit, cùm ad om-

nes omnino iustos mitta-

**c** Ad tur, iuxta illud Apostoli <sup>c</sup>,

rom. 5.

v. 5. *Charitas Dei diffusa est in cor-*

*dibus vestris per Spiritum san-*

*ctum, qui datus est nobis. Nec*

*solum in primâ iustificatio-*

*ne mittitur, sed denuò etiā,*

*idque nō solum per Sacra-*

*mentum Confirmationis ,*

*sed per alia media ordina-*

*ria, vt clarè docet S. Tho-*

**a** 1. par. mas <sup>d</sup> ( inquit) dicēdum quod

q. 43.

ar. 6. ad

2.

*etiam secūdum profectum vir-*

*tutis aut augmentum gratiae fit*

*missio*

missio inuisibilis. Non est ergo extraordinarium, quod Spiritus sanctus extra Confirmationis Sacramentum mittatur, multò autem minùs, supposito quod mittatur, extraordinarium erit, ut donum fortitudinis, atque adeò incrementū gratiæ, & robur spiritus, ad profitendam fidem pro loco & tempore conferat, cùm dona Spiritus sancti omnia in charitate, tanquā in radice & vinculo communi, connexa sint, ut docet S. Thomas.<sup>a</sup> Redēgitur, & efficaciter argumētatur Discussor, quod si Apostolis effectus gratiæ, ad quem Confirmatio instituta est, datus sit sine Sacramento,

41.2.q.

68.ar.

mento, possint etiam eundem pro mensura gratiæ vnicuique datæ, cæteri Christiani absque eodem Sacramento recipere. Estque quoad hanc partem censura fallax, sophistica, æquiuoca, & absurdæ.

*Num. 3.*

**N**ec auxilia actualia, nec motiones gratiæ necessariò sunt ita alligatæ vni Sacramento, ut nō possint similiter tribui per & propter susceptionem alterius.

*Censura.*

**H**Æc propositio est ambigua propter particulæ

culas (similiter, per , & propter ) quibus proprij Sacramentorum effectus , ope randi modi & fines videtur confundi ; eoque sensu falsa est, temeraria & erronea.

Refutatio.

**N**ihil ambiguitatis est in propositione ; voluit enim Discussor causalitatem Sacramētalem ijs verbis explicare modo in scho lis vīstatissimo , dum dicimus contra Caluinum, cæterosque hæreticos , Sacra menta veras esse gratiæ causas, quodque per illa, &c propter illa , id est intuitu illorum , ex promissione & pacto suo Deus gratiam

4.

B infun-

infundat. Vnde Latinus interpres rectè sciens per vtrāque particulam idem in Anglicano dictum, explicatiūs vertit *per aliud*, Latinè enim ob phrasis consuetudinem sensus statim percipitur. Vbi ergo & quiuocatio nisi fortè in Censorum cerebro? Porrò sensus est, siue hanc, siue illam versionem sequamur, auxilia actualia, quæ ad robur & augmentum spirituale, de quo immediate ante erat mentio, conferuntur, non ita esse vni Sacramento Confirmationis allegata, vt nequeāt per aliud conferri, sed posse, saltem non datā Confirmationis copiā (in hoc enim sensu  
sem-

semper loquitur ut decla-  
rat num. i.) aliorū admini-  
culo obtineri, illorum præ-  
sertim, quæ in remedia in-  
firmitatis nostræ, quotidiana  
& ordinaria Christus in-  
stituit, vt est Sacrosancta  
Eucharistia, iuxta omnes  
orthodoxos: quæ doctrina  
satis superque in superio-  
ribus est comprobata, eam-  
que speciatim docet Hen-  
riquez, & Bonacina supra  
n. i. allati, dum afferunt me-  
diâ confessione, & commu-  
nione posse effectum Confir-  
mationis acquiri; consen-  
tiunt illi, qui eundem effe-  
ctum vniuersaliter per a-  
lia media ordinaria posse  
obtineri confirmant; nul-  
lum quippe est ex alijs me-

B 2 dijs

dijs ordinarijs magis ad  
hoc captum, & efficax, quam  
sacra communio , vt ex  
Scripturis, Patribus, & Cō-  
cilijs ostendemus. Denique  
ad stipulantur ij, qui docent  
gratiam Sacramenti cuius-  
cunque , posse extra cius-  
dem Sacramēti susceptionis  
nem, saltem cum Sacramē-  
ti voto acquiri ; si enim se-  
mel habeamus auxilia Cō-  
firmationis non esse alliga-  
ta huic Sacramento soli ,  
sed absque eo saltem in ne-  
cessitate haberri posse , se-  
quitur sanè haberri etiam  
posse per allorum Sacra-  
mentorum susceptionem  
in huiusmodi necessitate,  
maximè si votum Confir-  
mationis suo tempore sus-  
cipien-

Pro Nicolao Smitheo. 29  
cipiendæ adiungatur.

Porrò ita docet S. Tho.

<sup>a</sup> Effectus Sacramenti potest ab aliquo percipi , si Sacramen-  
tum habeat in voto , quamvis non accipiat in re. Quæ est ipsissima Concilij Tridentini doctrina. <sup>b</sup> Adamus <sup>b</sup> Sess.

Tāner. <sup>c</sup> asserit dari eiusmodi auxilia gratiæ actualis non solum ex vi Sacramenti , sed etiā extra Sacramentum reipsâ suscep-  
tum , citans Suarium & Vasquium : additque nec votum Sacramenti semper esse necessarium.

Verum enim uero auxilia ad fidem profitendam roborātia non esse ita Sacramento Confirmationis alligata , vt per sacrā Eucharistiam acquiri nequeant ;

B 3 abun-

abundè testantur sacræ litteræ, Concilia OEcumenica, & Sancti Patres. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum, inquit Christus.<sup>a</sup> Et iterum, <sup>b</sup> Qui māducat meam carnem, & babit meū sanguinem, in me manet, & ego in illo. Quid queso aliud est manere in Christo, quā ita ei per amorem adhærere, ut neque mors, neque vita, neque creatura vlla possit nos à Christo diuellere? Conciliū Florent. docet sacrā Eucharistiam operari in vita spirituali quicquid cibus potusque materialis operantur in corpore, eam videlicet alendo & confitando, vt expressè declarat Concilium Tridentinum.<sup>c</sup>

Porrò

<sup>c</sup> Sess.

13. c. 2.

*Pro Nicolao Smitheo.* 35

Porrò inter effectus alimēti corporalis, ille in primis est, ut det robur, & augmētum, per quod externis etiā hostibus resistamus, ergo vel hunc etiā præstat cibus spiritualis iste, vel verum nō erit omnia ab eo præstari, quæ corpori ab alimēto materiali præstantur. Ad hæc docet Concilium Tridentinum loco citato Sacramentum hoc esse antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortali bus præseruemur, quod utique instanti fidei conflitu non faceret, nisi auxilio gratiæ actualis animū, ne in pugna deficiat, roborat. Nec parui illud est momenti, quod idē Cōcilium

B 4 con.

contra hæreticos Hussitas

**a** Seff. ἐμφατικῶς definiat, <sup>a</sup> totum, &  
**21. can.** integrum Christum, omnium  
**3.** gratiarum fontem, & authorem  
*in hoc Sacramento, & quidem*  
*sub una specie contineri: ni-*  
*mirum apertè indicās, om-*  
*ne genus gratiæ ex hoc fô-*  
*te hauriri posse. Vnde Ca-*

**b** 3.p.q. ietanus <sup>b</sup> ait quod hoc Sa-  
**79. ar.** cramentum se habeat ad re-  
**2. circa** spon. liqua Sacramēta, sicut fons gra-  
**ad 1.** tie ad riuos gratiarum.

**6.** Dicet fortasse aliquis Eu-  
 charistiam roborare quidē  
 dando vires internas ani-  
 mæ per charitatis augmē-  
 tum contra fomitem, sicut  
 cibus corporalis confortat  
 vitam cōtra corruptiua na-  
 turæ, adhuc tamen deesse  
 arma, quibus contra exter-  
 nas

nas impugnationes munia-  
tur : hæc autem arma per  
solam præberi Confirmationem. Sed contra hoc est  
quod docet D. Thomas<sup>a</sup>, <sup>43.pax.</sup>  
aiens dupliciter præseruari <sup>q.79.</sup>  
corpus à morte , uno modo <sup>ar.6.</sup>  
*in quantum natura hominis in-*  
*teriorius robatur contra corrup-*  
*tivam naturam , & sic præseruatur*  
*à morte per cibum & medici-*  
*nam ; alio modo per hoc quod*  
*munitur contra exteriores im-*  
*pugnationes , & sic præseruatur*  
*per arma , quibus munitur cor-*  
*pus : utroque autem modo hoc*  
*Sacramentum præseruat à pec-*  
*cato. Hæc S. Thomas. Hinc*  
*S. Chrysostomus , b Vt leones* <sup>b Hom.</sup>  
*flammas spirantes , sic ab illâ* <sup>45.in</sup>  
*mensâ discedimus terribiles* <sup>loan.</sup>  
*effecti Diabolo. Hinc S. Cy-*

Bs

pria-

34 *Vindiciae*

Epist.

34.

prianus<sup>a</sup> tantum presidij in  
hoc Sacramento ad fortius  
ter pugnandum posuit, ut  
dicere non sit veritus, *Non*  
*esse idoneum ad Martyrium,*  
*qui ab Ecclesiâ non armatur*  
*ad prælium; quia mens deficit,*  
*quam recepta Eucharistia non*  
*erigit & accedit.* Manet er-  
go sacram<sup>t</sup> Eucharistiam  
tempore persecutionis, ma-  
xime si desit Confirmatio-  
nis copia, per auxilia gra-  
tiæ fideles ad pugnam ac-  
cendere ac roborare.

7.

Quod verò obijcitur in  
Cesurâ, hinc confundi pro-  
prios Sacramentorum effe-  
ctus, operandi modos, & fi-  
nes, frigidū est & leue. Non  
confundūtur effectus; quia  
præterquam quod Confir-  
matio

matio characterem producit sibi omnino proprium, etiam quoad effectus cæteros confirmatio respicit gratiam roborantem , ut suum proprium, specialem & adæquatum effectum, ad quem per se est instituta, at verò Eucharistia ad multa alia virtutem suam porrigit: immò nec asserit Dicussor per eam effectū confirmationis tribui , nisi deficiente causâ propriâ ; sic autem nihil habet incommodi, quòd causa altior & superior effectum aliquem causæ inferioris quandoque attingat. In modo etiā causandi cernitur latum discrimen ; Eucharistia id præstat per modum cibi &

B6 potus,

potus, Cōfirmatio per modum vunctionis, & sigilli, per quod Christianus in Christi militem confeſſatur; quemadmodū idem effectus gratiæ diuerso modo datur per speciem panis, qui cor hominis cōfirmet, & per speciem vi ni qui refocillet. Ad hæc Eucharistia altiori & eminentiori modo effectum istum confert, quam Confirmatio. Hæc enim dat Spiritum sanctum directè & primariò ad istos roborandi effectus: Illa verò animam Deo implens, eamque impinguans & inebrians, consequenter, & exquādam diuini amoris, & interne saturitatis quasi redund-

dundantiâ, etiam cōtrā ex-  
ternas tentationes armat ,  
ne videlicet à Christo, cum  
quo vnu spiritus est, sepa-  
retur. Hinc etiam fines di-  
uersi sunt, quia Confirma-  
tionis est, directè & prima-  
riò ad pugnam contra ho-  
stes externos armare ; Eu-  
charistiæ , per modum ali-  
menti nutrire , & in Chri-  
stum conuertere per dul-  
cedinem charitatis , quod  
tamen perfectè non fit, nisi  
etiam illud aliud annexum  
habeat: nec in spiritualibus  
istis maior querenda est di-  
stinctio, vbi quæ in corpo-  
ralibus diuisa sunt, in vnum  
collecta esse solent, idem e-  
nīm est spiritualiter famēs <sup>¶ Trac.</sup>  
& sitis iuxta S. August.<sup>a</sup> idē <sup>25. in</sup> Ioānē.  
cibus.

cibus & potus, idem nutri-  
mentum & medicina, idem

<sup>a</sup> Ar. 6. iuxta S. Tho. panis & arma-  
citato.

tura, vbi omnia sunt chari-

tas : *Ipsam habeto*, inquit S.

<sup>b</sup> tract. 32. in August. <sup>b</sup> & cuncta habebis.

Ioānē. Est ergo Discussoris doctri-  
na quoad hanc partem ve-  
ra, grauissimorum Doctorū  
calculo probata, scripturæ,  
& sacris Cōcilijs apprimè  
conformis, Censura verò  
leuis, iniusta, & ex ignorā-  
tiâ propriæ Sacramentorū  
naturæ profecta.

### Num. 4.

**S**TATUS Religiosus con-  
sideratis securis medijs,  
quæ habet ad perpetuum  
augmentum in gratia per  
con-

continua merita bonorum  
operum, & per frequentem  
receptionem aliorum Sa-  
cramentorum , non minus  
fortem reddit hominem ,  
ne in persecutione defi-  
ciat , quam sola receptio  
Confirmationis communi-  
ter censeri potest fortē  
reddere populum inter cō-  
tinua pericula & distracti-  
ones in mundo degentem.

*Censura.*

**H**æc propositio, in quā  
tum continet cōpara-  
tionem & inducere videtur  
paritatem status Religiosi  
& Sacramenti Cōfirmatio-  
nis , ad fortē reddendum  
in persecutione hominem,  
*falsa.*

falsa est & temeraria. In quantum verò ait statum Religiosum habere secura media, &c. si intelligatur quasi media, quæ ibi referuntur, soli statui Religioso sint propria ; est hæretica. Item si intelligatur esse propriè dicta securitas in status Religiosi professione ad bonum usum Sacramentorum & continuacionem bonorum operum , quasi homines in eo statu deficere nequeant, eo quoque sensu est hæretica.

*Refutatio.*

8. **T**Res habet partes hæc censura , quarum singulas perstringemus.

Pri-

Primò falsum aiunt & temerariū , afferere in Religioso statu , medijsque quæ suppeditat, æquè multum esse præsidij ad reddendum hominem fortem, ne in persecutione deficiat, ac in solo Confirmationis Sacramento, inter mundi pericula & distractiones , & hoc etiamsi Religiosus contra vllam culpam Confirmatione careat. Plus ergo facit secundum istos ad persecutio-nes fidei tolerandas esse sacro chrismate initiatum , quam per exactam Consiliorum Euangelicorum obseruationem Christi discipulum existere, quam Christi & Apostolorū exemplo mundana omnia ab- ijcere.

ijcere. Quare si consuleretur, vtrumnam ex illis duobus, in patriâ persecutio- ni obnoxiâ, omittere satius foret, si altervtrum o- mittendum esset, censem- rent haud dubiè, Sacramē- tum Confirmationis, etiam inter diuitias & delicias se- culi, Euangelicâ paupertate & castimoniâ magis Christiano homini ad salu- tem animæ proficuum. Ita de Christi Consilijs sen- tiunt Christiani in schola Richeristarum enutriti. Sed perperam. Habemus enim ex Dei verbo diui- tias magna creare mortali- bus pericula, ne fidem ne- gent, & propter earum cupiditatem, etiam Apo- stolo-

stolorum tempore , ali-  
quos <sup>a</sup> errauisse à fide & in-  
seruisse se doloribus multis , &  
de omnibus diuitibus , siue  
ij Sacramentis sint initia-  
ti, siue non, ait Christus.

<sup>b</sup> *Quam difficile, qui pecu-*  
*niam habent, in regnum Dei* <sup>18.v.</sup> <sup>24.</sup>

*intrabunt.* At quod Reli-  
giosi aliquando ob defec-  
tum Sacramēti confirma-  
tionis ceciderint, fictitium  
est & inauditum: quod verò  
ijdem sine culpā suā illo  
carentes tam difficile in  
cælum intraturi sint ac  
diuites eo consignati , er-  
roneum est contra Euāge-  
lium, contra Ecclesiæ defi-  
nitiones , quibus statuitur  
absolutè, simpliciter, & sine  
restrictione , in Religioso  
statu

statu securius vitam transfigi, quam in saeculari. Ita Concilium Viennense Clementina exiui <sup>a</sup> vocat Religiosum statum, & nominatum illustrissimum Sancti Francisci ordinem, Hortum voluptatis à procellosis mundi fluctibus elongatum, in quo securius & quietius vacaretur, &c. Eademque est expressa iuris decisio. <sup>b</sup> An forte si absque culpâ suâ confirmationis Sacramento careant, definet esse hortus & portus huiusmodi Religiosa vita? Ridiculum id sanè est & erroneum; ergo secundum fidem catholicam plus securitatis affert in persecutione Regularis obseruantia, quam sola Sacramenti

<sup>a</sup> De  
verb. si-  
gnif.

<sup>b</sup> Cap.  
nisi pri-  
dem de  
renun-  
ciat.

menti Confirmationis suscep-  
tio in sæculo. Profano-  
rum & carnalium hominū  
vox est, donum perseveran-  
tiae in persecutione fidei  
facilius & certius obtineri  
ynicā vnius Sacramēti sus-  
ceptione, quam continuis  
laboribus, vigilijs, oratio-  
nibus, oblationibus, ieiunijs  
& castitate; hoc si ita esset,  
cur in istis peculiariter tā-  
tā cum energiā docuisset  
Tridentinum <sup>a</sup> perseveran-  
di viam collocatam esse? &  
tamen quid est Religiosus  
status aliud quam ad ista  
salutis media constans &  
perennis obligatio? Ad  
Martyrium melius non dis-  
ponimur, quam per Mar-  
tyrium, at Religiosa vita

<sup>a</sup> Sess.  
6. c. 14.

Mar-

Martyrium quoddam est, ut  
 eleganter ex Patribus of-  
 tendit Platus, <sup>a</sup> vnde pau-  
 peribus & Martyribus ea-  
 dē inter beatitudines præ-  
 mia designantur, nimirū,  
<sup>b</sup> quia veri Martyrij genus pau-  
 pertas voluntaria est, ait S.  
 Bernardus. <sup>c</sup>

In Sacramento Confir-  
 mationis datur Spiritus  
 sanctus, datur etiam in sus-  
 ceptione Religiosi status,  
<sup>d</sup> ut expressè docet S. Tho. <sup>d</sup>  
<sup>e</sup> non quidē ex opere opera-  
 to, sed ob meritum & præ-  
 stantium operantis, esseque  
 hoc opus ex speciali Spir-  
 itus sancti plenitudine, &  
 instinctu ex naturā suā so-  
 litum procedere, manifestè  
 patet ex illâ primorum fi-  
 delium

delium voluntariâ renun-  
ciatione.<sup>a</sup> Sacramēti Con-  
firmationis ea laus est, quod  
faciat nos perfectè Chris-  
tianos seu vñctos iuxta ex-  
positionem Theologorum  
Estij,<sup>b</sup> & aliorum. At Reli-  
giosi status suscep<sup>c</sup>tio altiori  
modo perficit , redditque  
homines perfectos simpli-  
citer, iuxta illud Christi<sup>c</sup>,  
*Si vis perfectus esse, vade, ven-  
de, quæ habes, & da pauperibus,  
& habebis thesaurum in cælo,  
& veni, sequere me.* Conclu-  
do igitur Censuram quoad  
hanc partem, quatenus ne-  
gat Religiosos ex vi me-  
diorum sui status, id est,  
paupertatis, castitatis, obe-  
dientiæ , & reliquæ disci-  
plinæ Religiosæ obserua-  
tionē

tione habere plus securi-  
tatis ad perseverandum in  
fide viuā, mūdumque dæ-  
monem, & carnem supe-  
randos inter fidei persecu-  
tiones: quam ex commu-  
nibus Ecclesiæ medijs ha-  
beant vulgares christiani;  
contrariam esse verbo Dei,  
Religioso statui injuriam,  
presumptuosam, Caluinis-  
mum redolentem, & sim-  
pliciter in fidē erroneam.  
Et hanc meam sententiam  
facilè probarent aduersarij,  
si mutato nomine, compa-  
ratio fieret inter vulgarem  
christianum sacro chrisma-  
te delibutum, ex vnā, &  
Ecclesiasticum non regula-  
rem ex aliā parte, eodem  
Sacramento, casu, & sine  
culpa

*Pro Nicolao Smithco.* 49  
culpa destitutos.

In secunda parte agita-  
tur Discussořis illud dic-  
tum, quo ait, Religiosum  
statū secura habere media,  
ad perpetuū in gratiā aug-  
mentum, per continua me-  
rita bonorū operum, & per  
frequentem receptionem  
aliorum Sacramentorum.  
Nō est mihi animus, aut tē-  
pus de versione contende-  
re. De re ago, Aiunt Cēfo-  
res, si intelligat media ibi  
relata esse soli Religioso-  
statui propria, propositio-  
nem esse hæreticam. Aio  
ego Censuram, quatenus  
negat, media, de quibus e-  
git Discussoř, esse Religio-  
forum propria, esse hæ-  
reticam. Agit manifeste

C ibi

ibi Discussor de medijs omnibus, sine discrimine, & exceptione, quæ habet quilibet Religio ad iugem suorum alumnorum exercitationem in bonis operibus; cuiusmodi sunt Religiosa vota, regulæ, & statuta, quibus adorationes, vigilias, ieunia, meditations, Sacramentorum statis quibusdam temporibus receptionem, labores assiduos pro salute propriâ & alienâ absque ullâ proprij emolumenti temporalis spe, in perpetuum astringantur, nec quisquam esse potest tam malignè cæcus, qui de his Discussorrem locutum non videat: non enim loquitur de solâ sim-

*Pro Nicolao Smitho.* 52  
simplici exercitatione bo-  
norum operum, & Sacra-  
mentorum receptione, sed  
de medijs ad perpetuū  
crescendum in gratia per  
ea, vt multò etiam clariùs  
patet ex verâ & vulgatâ  
versione; hęc autem media  
singi nequeunt alia, quām  
vota, & regulæ, seu, quod in  
idem reddit, quām bona hęc  
opera prout sub obligatio-  
nem perpetuam votorum  
& regularum cadūt. Hanc  
igitur mediorum conglo-  
bationem negat Censura  
habere Religiosos ordines  
singulos suam sibi pro-  
priam, cum alijs non Reli-  
giosis sibi minimè commu-  
nem : at manifestè in fide  
errant. Audiāt Gregorium

C 2      XIII.

XIII. in celebri illa Decre-  
tali Ascendente Domino :  
Grego-  
rius 13.  
in Ex-  
tra.  
Ascen-  
dente  
Domini-  
no.

*I*dcirco, inquit, cum Diuina  
prudentia pro temporum ne-  
cessitate, varia & salutaria  
Ordinum instituta in Ecclesiâ  
suâ produxerit ; nouisq; sub-  
inde in ea nascentibus morbis,  
noua remedia ; nouisq; emer-  
gentibus hostium impugnatio-  
nibus, noua Regularium or-  
dinum auxilia excitarit, &  
cuique illorum iuxta cuiusli-  
bet peculiaris gratiae vocatio-  
nem, peculiares quasdam no-  
tas, propria insignia, ac oppor-  
tuna ad finem quem intendit  
media suggesserit, &c. Ecce  
sententiam summi Ponti-  
ficiis Censorum imaginati-  
oni ex diametro opposi-  
tam, videlicet singulos  
Reli-

Religiosos ordines iuxta  
specialem suam vocatio-  
nem, & finem, media ha-  
bere opportuna à Deo fug-  
gesta. Idem docet S. Tho.<sup>a 42.2.4.</sup>  
sed res clarior est, quam vt <sup>188.21.</sup>  
probari debeat, vt meritò  
versipelles Sophistæ pro-  
positionem ipsam damna-  
re non sint ausi, simpliciter  
prout iacet, sed adiectâ suâ  
fraudulentâ, & æquiuocâ  
modificatione. Verum nec  
sic effugium aliud habere  
possunt, quām vt fortè di-  
cant, se proprij cerebri fig-  
menta & umbras meras tā-  
to verborum strepitu la-  
cessuisse.

In tertia censuræ parte 11.  
arguti planè videri volūt;  
dum ex eo quod Discus-

C 3 for

34      *Vindiciae*  
Ior dicat Religiosum statum,  
consideratis medijs securis,  
que habet, &c. inferunt eum,  
securitatem propriè dic-  
tam ita Religioso statui  
ascribere, ut in eo homi-  
nes nequeant deficere. Sed  
omnino stolidè. Si enim  
duce clarius ostendero San-  
ctos Patres, & OEcume-  
nica Concilia, hâc Discus-  
soris phrasî usus esse sæpè,  
& communiter in eodem  
planè sensu, quo ille, satis  
etiam constabit otiosam  
esse, iniustum, & solâ ca-  
lumniandi cupiditate ex-  
cogitatam eorum inter-  
pretationem. Igitur San-  
ctus Bernardus ad milites  
templi: *O vita secura, in-*  
*quit, ubi pura conscientia!*  
      *Ô in-*

a Cap.  
8.

Pro Nicolao Smitheo. 55

ō inquam vita secura, ubi abs-  
que formidine mors expecta-  
tur, &c. <sup>a</sup>S. Laurentius Iu-  
stinianus, <sup>a</sup>Cænobia, inquit, <sup>a</sup>Lib.  
sunt præsidia munitissima, ne-  
mo planè explicare sufficit <sup>a</sup>de obe-  
quām securē viuant, & infrā. <sup>dientia</sup>  
Hinc clarē patet, quām secu-  
rus sit status seruorum Christi  
in congregatiōne degentium.

Petrus Blesensis Archi- <sup>b</sup>Tom.  
diac. in inuestina in deprā-  
uatorem operum ipsius, <sup>b</sup>Bi-  
bliothe. <sup>b</sup>vet.

<sup>b</sup>Nō præfero Religioni, quæ ad  
Deum via certa, & directa est,  
nostræ secularitatis incertum. <sup>c</sup>in Re-

Huc spectat quod Reli-  
giosus status vocetur Por-  
tus quietis à S. Gregorio, <sup>c</sup>&  
Anselmo <sup>d</sup>ad Gofridum <sup>39.</sup>

Parisiensem: Azylum à S.  
Gregor. Nazianzeno. <sup>c</sup>De-  
<sup>d</sup>Epist. <sup>10.</sup>  
<sup>e</sup>In A-  
pol.

C 4 nique

De  
verbo.  
rum si-  
gnific.

nique à Concilio Viennensi Clement. Exiū. <sup>a</sup> Sacra S. Francisci Religio hortus voluptatis dicitur à procellosis mundi fluctibus elongatus , in quo quietius & securius vacaretur ; & infrā; muris dicitur regularis obseruantiae firmiter vndique circumclusa , intra se solo contenta Deo , &c. Eant spermologi isti , & hīc etiā argutentur ; si firmiter vndique circumclusa , firmitate scilicet propriè dictā , sit Religio , ergo nec dæmon ingredi ad tentādum , nec ipsi egredi ad deficiendum poterunt. Miram Richeristarum argutiam , quę Cōcilium Generale , si quid valeat , erroris damnati cōvinceret , sed ne hoc sequatur

tur eos arrogantię & inep-  
tię conuictos dicamus.

Cæterūm difficultatem ijs  
suam facile soluerēt Theo-  
logiæ tyrones , tritā illā di-  
stinctione certitudinis ab-  
solutæ & moralis : sicut e-  
nim possumus in hac vitâ  
certitudinem salutis nostrę  
non perfectam, metaphysi-  
cam , in fide fundatam af-  
sequi, moralem tamen &  
magnam , quæque in suo  
genere sit quædam certi-  
tudo , vt docet Bellarmi-  
nus , <sup>a</sup> & Suarez, <sup>b</sup> idem  
prorsus de securitate dicē-  
dum est, & à fortiori , quia  
securitas quid minus est  
quàm certudo : vnde Bel-  
larminus <sup>c</sup> ex S. Augustino  
concedit simpliciter homi-

<sup>a</sup> Lib.

<sup>b</sup> 3. de ius.

stif.c.

<sup>c</sup> 10. &

11.

<sup>b</sup> 10. 3.

de gra-  
tia lib.

<sup>b</sup> 9. c. 11.

<sup>c</sup> Cap.

<sup>c</sup> 10. cit.

ad 8.

C 5

nem

nem dici posse securum in  
hac vitâ. *Quia ad hoc, inquit,*  
*sufficit certitudo moralis*; &  
ad secundum ex eodem,  
*Quando Sacra menta percep-*  
*mus, & cor nostrum nos non*  
*reprehendit, magnâ cum fidu-*  
*cia & securitate dicimus Pater*  
*noster.* Ex quibus concludo  
modum loquendi Discusso-  
ris esse planè Catholicum,  
& orthodoxum, maximè  
quòd non tam de securita-  
te nostrâ, sed mediorum  
ex parte suâ locutus sit,  
quæ sine dubio efficacissi-  
ma sunt, & certissima, si ex  
parte nostrâ non sit defec-  
tus. Censura verò est iniu-  
sta, & imperita prorsus ca-  
uillatio.

Num.

Num. 6.

**F**uit aliquando persecu-  
tio in nos grauissima, &  
tamen faxit Deus , quod  
nunc possemus cernere ze-  
lum , ferorem , charita-  
tem & constantiam , quam  
eo tempore Catholici of-  
tenderunt absque Sacra-  
mento confirmationis. Nō  
iudico temerarium affir-  
mare, à quo Anglia Episco-  
po gauisa est , plus dam-  
ni Catholicis in generali  
contigisse ex discordiâ &  
frequenti charitatis amif-  
sione , quam habuerunt  
commodi per solum Sacra-  
men-

C 6

mentuin confirmationis  
paucis collatum ; & quod  
ex hisce discordijs plures  
subierunt periculum labē-  
di , quam ex defectu dicti  
Sacramenti.

*Censura.*

**H**Æc propositio est pi-  
arum aurium offensi-  
ua , & vergit in contemp-  
tum Sacramenti Confir-  
mationis.

*Refutatio.*

**H**Æc censura est vano-  
rum hominum ima-  
ginatio. Verissimum est ,  
posse hoc dici sine temeri-  
tate , magnique refert , vt  
fide-

*Pro Nicolao Smitheo.* 61

fideles de hoc admoneantur , ne confidant *in verbis* Ier. 7.  
*mendacij* , dicentes *templum* v. 4.  
*Domini, templum Domini, &c.*  
de hac Sacramenti susceptione sibi blandiētes, & charitatis fraternæ iacturam  
parui facientes : nec vergit  
hoc in Sacramenti Confirmationis cōtemptum, quod  
nemo non scit esse sacratissimum, sed ad Apostoli do-  
ctrinam inculcandam, *Ante omnia autem mutuam in vobis* 1. Pet.  
*met ipsis charitatem habentes*, sine quā quantiscunque  
Sacramētis iniciati , adhuc  
*nihil sumus.* Si cuius aures 1. Cor.  
hac veritate offendantur , 13. v. 2.  
quod tamen non credo, pa- Cap.  
rum refert. Hic enim locū Qui  
habet regula Iuris , *Vtilius* scādali-  
*scādali-*  
*zauerit*  
*de reg.*  
*Iur.*  
*scādali-*  
*zauerit*  
*de reg.*  
*Iur.*

scandalum nasci permittitur,  
quam veritas relinquatur. Sed  
mirum non est, quod ho-  
mines ad miraculum ma-  
ieuoli, hanc sibi scabiem fri-  
cari molestè ferant.

## Num. 7.

**S**i affirmarem, quod plu-  
res exponi possent peri-  
culo labendi ex augmento  
persecutionis à seipfis vo-  
luntariè causatæ, quam ex  
defectu confirmationis, &  
quod propterea Catholici  
non possent saluâ consci-  
entiâ Episcopum admitte-  
re ob solam Confirmationem ( supposito , sicut in  
præsenti supponimus quod  
persecutio eâ occasione in-  
gra-

grauesceret ) quomodo posset D. Doctor demonstrare coniecturam meam & argumentum non esse æquè validum, aut magis valere quam suum? Nouimus enim in persecutione aliquos lapsos esse, sed non possumus scire, quod lapsi sint ex defectu Confirmationis.

*Censura.*

**H**Æc propositio & eius hypothesis fallax est, cōtinetque doctrinam falsam, temerariam, & antiquæ Ecclesiæ praxi contraria, in quantum inducit tanquam probabilem opinionem, quod Catholici non possint saluâ conscientia

*tit.*

tiâ admittere Episcopum ob solam confirmationem, supposito quod ex admissione Episcopi persecutio îngrauesceret. Quæ doctrina insuper Summi Pontificis mittentis authoritati ac Prudentiæ derogat.

*Refutatio.*

13. **H**Æc censura ex mendacijs, imposturis, & corruptelis tota consarcinata est. Primò, Discussori affingunt quod inducat ut probabilem opinionem, quod Catholici non possint saluâ conscientiâ Episcopū admittere ob solam Confirmationē, supposito quod ex admissione Episcopi persecu-

*Pro Nicolao Smitho.* 69

secutio ingrauesceret. At  
falsum est hanc opinionem  
vt probabilē induci : quic-  
quid sit , sitne probabilis  
necne , ad summum dixit  
Author , æquè hoc proba-  
biliter dici posse, ac quod  
dixit D. Kellisonus, scilicet  
subeundum catholicis An-  
glis quamcunque potius  
persecutionem , quam ca-  
rendum Episcopo , etiam si  
nullum ex eius præsentia  
aliud emolumentum perci-  
perent, quam sacram Con-  
firmationem ; quam asser-  
tionem cùm iudicet Dis-  
cussor temerariam & im-  
probabilem , sanè conferre  
cum ea illud aliud, non erat  
ipsum , vt probabile indu-  
cere, sed solùm falsitatem  
alte-

alterius asserti clarius redarguere. Sed enim tam disertè profitetur Discus-  
sor se nihil quoad hoc asserere, ut mira sit Censo-  
rum impudentia aliud cù ascribere; subdit enim Dis-  
cussor: *Cæterum nolo exemplo Doctoris accumulare præ-  
cepta sine certâ ratione: Qui-  
bus verbis apertè declarat  
se argumenti causa id pro-  
tulisse, nec quisquam af-  
fertiūè pronuntiatum vel-  
le, quo Catholicis vide-  
ri possit creari vlla præ-  
cepti obligatio. Quid clari-  
lius?*

14.

Secundò aiunt eandem assertionem summi Ponti-  
ficiis mittentis authorita-  
ti & prudentiæ derogare,

Non

Nico-  
laus  
Smi-  
theus  
in q.4.  
nu.7.  
propè  
finem.

Non possum sine risu contemplari Richeristicam hanc de authoritate Pontificis contra Nicolaū Smitheum sollicitudinem. Languent inopia argumentorum, & materiarum; hinc Pontificem defendere videri volunt, ne nihil agant; sed ingenium non mutant. Prodeat in lucem, quo Sedis Apostolicæ authoritas serio defendatur, sanè laruum deponent, Deaque Æsopi conspecto mure in felim reformabitur. Smitheus satis in toto opere ostendit nihil sibi magis cordi esse, quam obedientiam existimationem, deuotionemque omnem erga summum Pontificem in Catholicis Anglis foue-

fouere , in hoc ipso verò  
puncto adeò apertè hoc a-  
git, vt nihil falsarij isti in-  
fælicius potuerint repre-  
hendere. Nam post propo-  
sitionem supradictam sta-  
tim subdit; cæterum nolo Do-  
ctoris exemplo accumulare præ-  
cepta, aut superiorum meorum  
præuenire arbitriū, &c. quod  
ideo ex industriâ positum  
est, vt ostenderet Smitheus  
summi Pontificis authori-  
tate, & iudicio , rem hanc  
decidendam, nec meliorem  
dari regulam, vt statuamus,  
quando teneantur Catho-  
lici Episcopum admittere,  
quando non, quàm summi,  
optimique Pastoris sui iu-  
dicium.

Vbi su-  
prà.

Tertiò in eo fallunt quod  
hanc

hanc hypothesim derogare  
volunt auctoritati & pru-  
dentiæ Pontificis, perinde  
ac si Pontifex de facto mi-  
sisset Episcopum in Angliā  
nulla alia de causa, quām ob  
necessitatem Confirmationis.  
Nam si ille alia habue-  
rit motiua, iam casus præ-  
sens nullo modo Pontificē  
tangit: faciunt ergo in hoc  
grauem Pontifici iniuriam,  
qui grauioribus sine dubio  
de causis, quām ob solam  
Confirmationis necessita-  
tem, misit in Angliam R<sup>m</sup>  
Chalcedonensem.

Quartd aiunt hypothe-  
sim esse fallacem. Sed ri-  
dendi sunt; quid enim in  
præsenti causa ad pruden-  
ter deliberandum de neces-  
sitate

sitate Episcopi , aliud ma-  
turius perpendi potest ,  
quàm sitne inde augenda  
persecutio ? & dato quod  
verisimiliter augenda esset ,  
an nihilominus posset , aut  
deberet còmitti ? Quid fal-  
laciæ in hac hypothesi ?

15.

Quintò aiunt doctrinam  
esse falsam , temerariam ,  
& praxi antiquæ Ecclesiæ  
contrariam , afferere tan-  
quam probabile , quod Ca-  
tholici non possint saluâ  
conscientiâ admittere E-  
piscopum ob solam confir-  
mationem , etiam supposito  
quod ex admissione Epis-  
copi persecutio ingrauef-  
ceret . Sed in primis in eo  
mala fide agunt , quod ver-  
ba Discisoris ita referant ,

S. 1. 1. 1.

ac

ac si ageret de quo quis Episco-  
opo, etiam Ordinario, &  
in quo quis casu, v. g. etiam-  
si ius in re haberet, fui-  
setque ex legitima sua pos-  
sessione, per vim, & iniusti-  
tiam expulsus, cum tamen  
solum loquatur de admit-  
tendo Episcopo ab initio,  
quando ante nullus esset.  
Et quamvis neque de hoc  
quicquam definiat Discus-  
tor, sed Summi Pontifi-  
cis arbitrio rem relinuen-  
dam disertè afferat, tamen  
si res in se discutiatur, sa-  
nè longè verius est, ob so-  
lum Confirmationis Sacra-  
mentum mitti non debere  
Episcopum cum persecu-  
tionis incremento ; unde  
nec ob hoc solum unquam  
missus

missus est: quæ assertio abunde probatur iudicio tot Romanorum Pontificum, qui durante persecutionis rigore, nullaque mitigacionis spe affulgente, nunquammittendum censuerunt Episcopum, etiam si confirmationis Sacramētum de-  
esset; sed tunc tandem mis-  
sus est, quando tractatus de  
nuptijs, primò quidem cū Hispaniarum Ser<sup>m</sup> Infan-  
te, deinde verò cum Ser<sup>m</sup> Domina ac Regina moder-  
na, mitiora tempora polli-  
cebatur. Nec quicquam est  
in antiqua Ecclesiæ praxi  
in contrarium. Nullum est  
exemplum, nec exempli ve-  
stigium in tota antiquita-  
te, quo ostendatur, ob so-  
lum

lum Confirmationis Sacra-  
mentum , Episcopos cum  
persecutionis incremento  
admissos , immò contra-  
rium ex Africanâ persecu-  
tione sub Arianis apertè  
conuincitur , vt doctè ab  
alijs demonstratum est. Sed  
facile est istis hominibus  
temerè pro libito , quod vo-  
lunt dicere , & pro oraculis  
Delphicis sine probatione  
vllâ simplicioribus vendi-  
tare.

*Num. 16.*

**D.** Doctor non debebat  
doctrinam adeò diffi-  
cilem fundare super Epi-  
stolam , quam , vt suppono ,  
ipsem et nouit nō esse adeò

**D** au-

*Vindiciae*  
authenticam, ut super eam  
fundari possit pūctum do-  
ctrinale.

*Censura.*

**H**Æc Propositio est te-  
meraria , in quantum  
doctrinam difficultem (cre-  
ditu nimirum ) vocat , quæ  
Conciliorum authoritate &  
Patrum consensione robo-  
ratur.

*Refutatio.*

16. **D**octrinam vocat diffi-  
cilem Discussor, quam  
num. i, ex Doctore propo-  
suerat, totâque eâ quæstio-  
ne duram & improbabilem  
demōstrauerat, qua affere-  
batur admittēdū esse Epis-  
copum

copum velob solam Cōfir-  
mationem , qualiscunque  
ea occasione accersatur in  
totum regnum persecu-  
tio , adeoque esse necessa-  
rium illud Sacramentum ,  
vt vel cùm eiusmodi in-  
commodis procurandum  
sit. Hanc ibi vocat diffici-  
lem,hæc ergo esse debet, ne  
nugatores & falsarij sint ,  
quam Patrum consensione,  
& Conciliorum authori-  
tate roboratam p̄dican.   
Sic autem genuinè intel-  
lectâ eorum sententiâ, im-  
pia est, temeraria , & scâda-  
losa : imponunt enim Ca-  
tholicorum ceruicibus o-  
nus grauissimum , temerè  
contra torrentem omnium  
planè Doctorum,quotquot

D 2 vñ

vnquam hanc lucem aspergerunt. Nullus à Theologis natis ante Kellisonum eam propositionem tenuit, nulli in mentem venit vñquam id oneris imponere. Theologi omnes vel nullū omnino præceptum Confirmationis agnoscunt; quæ videtur, nunc præcipue dierum, longè communior sententia, vel qui rigidissimè loquuntur, solum docent esse in præcepto, quando sine incommodo, sine periculo haberri possit. Ita

a In 4. Scotus, <sup>a</sup> Iudicaretur, inquit,

dist. 7. contemptus, si oblatâ omnimo-

q. 2. dâ opportunitate non suscipe-

retur. Durandus <sup>b</sup> censetur

b In 4. in aliquo casu Confirmationis

dist. 7. esse in præcepto,

q. 1. sed

sed cum hac limitatione si  
habeatur opportunitas confe-  
rentis. Argentinas <sup>a</sup> idem <sup>a Eadē</sup>  
tenet, Supposito, inquit, quod <sup>dist. 21.</sup>  
plenariam habeat opportunita-  
tem ipsam suscipiendi. Palu- <sup>b Ibid.</sup>  
danus, <sup>b</sup> Si habet Confirman- <sup>q. 1.</sup>  
tem, & omnia parata. S. Bo-  
nauentura, <sup>c</sup> & Alensis, <sup>d</sup> Si  
habeat, inquiunt, locum &  
tempus, & opportunitatem ne-  
gligendo contemnit. Estius,  
<sup>e</sup> Cūm sit opportuna eius susce-  
ptio, &c. Cum hac modifi-  
catione locuti sunt Docto-  
res, qui omnium rigidissi-  
mi in hac materiâ fuerunt;  
alij enim absolute dicunt <sup>f In 4.</sup>  
nullum omnino extare hu-  
ius Sacramenti rigorosum  
præceptum. Ita Adrianus, <sup>g In 4.</sup>  
<sup>f</sup> Dominicus Sotus, <sup>g</sup> Caie- <sup>dist. 7.</sup>  
tanus <sup>q. vn.</sup> <sup>art. 8.</sup>

n.8. tanus summa verb. Cōfirm.  
 b Lib. 1 Nauarrus summa <sup>a</sup>, Couar-  
 var. re- sol.c. 10 ruuias <sup>b</sup>, Zambranus <sup>c</sup>, Ru-  
 a.5. beus <sup>d</sup>, Henriquez <sup>e</sup>, Valen-  
 e In de- cif. c.2. tia <sup>f</sup>, Suarez <sup>g</sup>, Rodriguez <sup>h</sup>,  
 de Cō- Cauellus in scholijs in Sco-  
 firm. tum <sup>i</sup>, Coninck <sup>k</sup>, Tanner <sup>l</sup>,  
 dub. 4. <sup>j</sup> dist. 7 Bonacina de Cōfirm. <sup>m</sup> Re-  
 pag. 71. ginaldus <sup>n</sup>, Præpositus <sup>o</sup>,  
 Lib. 3. Laymā <sup>p</sup>. Est ergo difficilis  
 c.1.n.6. f To.4. hæc doctrina, vt modestis-  
 dis. 5.q. simè locutus est Discussor,  
 2.p.3. & sentētia Censuræ teme-  
 g To.3. in 3.pa. raria, & erronea.

d.38. Nec dicere possunt se ita  
 sec. 1. Discussorē intellectuisse, ac  
 b Sūmę si diceret doctrinam ex S.  
 69. Clemēte ibi relatam, quod  
 i Dist. 7 videlicet Cōfirmatio perfe-  
 q.2. k 3.p.q. Etos nos reddat Christianos,  
 72. n. esse difficile, hoc(inquā)di-  
 88. l To.4. 4.dub. 2.n.43. m pun.2. n lib.28.c.5.n.  
 d.4.q. 27. o q.72. art.1.dub.3. p Lib. 5.trac.3  
 c.5.n.4.

cere nō possūt, quia hoc nō  
fuit punctū illud doctrinale, de  
quo erat quæstio, nec quic-  
quam de difficultate huius  
doctrinæ ante egerat; cla-  
re igitur intellexerūt eum  
loqui de præcepto hoc  
Sacramentum suscipiendi,  
de quo totâ quæstione ac-  
tum fuerat. Adde eodem fe-  
rè redire, si dicas sine Cō-  
firmatione nō posse nos es-  
se perfectos Christianos, in  
sensu quo id affirmat Doc-  
tor, hoc est, etiā si nullâ cul-  
pâ, nullâ negligentiâ, sed  
merè ob grauē persecutio-  
nem vitandam omittatur,  
nihilominus manēdum es-  
se in quadam spiritualis  
vitæ infantiâ & imbecil-  
litate, ut ait ille. Hæc

D 4 doc-

doctrina difficillima est, &  
Censura si hoc modo intel-  
ligenda sit, falsa, & temera-  
ria: ut vel hac in parte (v-  
tor eorum verbis) sua stet  
oraculo diuino fides, *Men-  
tita est iniquitas sibi.*

*Ibidem.*

**E**X quibus omnibus eui-  
dens est, quod non esse  
perfectum Christianum in  
eo sensu ( si quem intendit  
S. Clemens) nō sit res adeò  
terribilis, ac verba sonare  
videntur, priusquam dis-  
tinguitè & in vero sensu ex-  
placentur.

*Censu-*

Censura.

**H**Æc propositio falsa est, scandalosa, & Sacramento Confirmationis à Christo instituto iniuriosa , quatenus rem minimè grauem, & terribilem videtur assérere carentiā perfectionis , quæ ab ipso Sacramento confertur.

Denique tota quæstio de Sacramento Confirmationis periculosa est , auertitque fidelem populum à desiderio, susceptione , & reverentiâ eiusdem Sacramenti : & prætextu non necessitatis, subdolè illud inutile esse insinuat , quicquid in contrarium Auctor protestetur;

stetur ; cùm tamen sit vni-  
cum medium specialiter  
institutum à Christo ad cō-  
ferendū ex opere operato,  
& per se ius propriū ad au-  
xilia & robur speciale ad  
fidei professionem: vixque  
Auctor excusari potest à  
dolo , quod nullā characte-  
ris Confirmationis Christi-  
anum perficientis toto tra-  
ctatu fecerit mentionem ,  
& quod SS. Patrum autho-  
ritates , quæ pro effectibus  
Confirmationis proferun-  
tur , falsâ interdum nega-  
tione eludat.

*Refutatio.*

17. **N**one esse rem adeò ter-  
riblem, sed vanis am-  
plificare

plificationibus exaggerata, ut simplicibus illudetur, est manifestè demonstratum, cùm nullū sit Catholicis in Angliâ periculum ullius peccati mortalis, vel venialis, vel carentiæ auxiliorum ad profitendam fidem idoneorum, si Confirmationis Sacramētum prætermittant, quando absque persecutionis incremento haberí nequirit, vel si deesset qui illud conferret, vt est omnium Doctorum concors sententia. Ad coronidem, dico totam hanc quæstionem Discusoris de Confirmatione puram, sinceram, & receptam apud omnes orthodoxos continere doctrinam.

D 6      *Quod*

Quod aiunt eum insinuare  
Sacramentum hoc esse in-  
utile , fæda est calumnia ,  
Authoris verbis clarissimè  
contraria. Quod aiunt esse  
vnicum medium à Christo  
institutū , æquiuocum est :  
si enim loquatur de Chri-  
sto vt homine , & medijs in  
lege nouâ specialiter insti-  
tutis ad robur in profiten-  
dâ fide , verum est ; at sim-  
pliciter alia sunt media à  
Christo , siue vt Deo , siue vt  
hominе mortalibus conces-  
fa , multò magis efficacia ,  
vt continua oratio , & cæ-  
lestium meditatio iuncta  
cum ieunio , eleëmosyna ,  
& Sacramētorum aliorum  
susceptione , vt suprà satis  
est demonstratum .

Cha-

*Pro Nicolao Smitheo.* 85 Conc.  
Characteris non fecit mē- Flor. in  
tionem Discussor, quia est decreto  
merē signum spirituale, & in- Eugen.  
delebile in animā, vt docent 4. s. s.  
Concilia, nihil roboris nisi Trid.  
mediantibus auxilijs con- sess. 7.  
ferens ad fidem profiteñ- can. 9.  
dam, vt docent Theologi. de Sacr.  
Authoritates Patrum doc- Vasqu.  
tissimè explicat & solidif- 3. p. t. 2.  
simè, nec aliquid habent d. 134.  
Cēsores eo in genere quod nu. 62.  
objiccent. Co-  
ninck 3  
p. q. 63.  
ar. 2. n.

Denique tota censura in  
eo versatur, vt Authoris 12.  
mentem, & verba per se sa- Laymā  
nē optima, & verissima, in 15. tra.  
sensus trahat, & torqueat 1.c. 7.  
incommodos, alienos, & 18.  
nunquam ab eo cogitatos,  
modo Christianis animis  
indigno: vt Religiosum sta-  
tum,

tum, & Christi consilia in  
contemptionem adducat :  
vt populo christiano per-  
suadeatur ingentem quan-  
dam fiduciam & perseue-  
rantiæ securitatem ponere  
in medijs quibusdam , san-  
ctis illis quidem, & verè v-  
tilibus, sed carni & sangu-  
ni plerumque haud diffici-  
libus , quæque vnico actu  
in pueritiâ expediri so-  
lent : parui verò facere af-  
peram illam Sanctorum  
viam, diuitiarum , mundi-  
que contemptum , oratio-  
nis , iejunij , & continuam  
sensuum refrænationem ,  
utpote secundum Censo-  
res cum illis alijs in vir-  
tute, & ad perseuerandum  
efficacia non conferenda ;  
quo

quo sanè , nihil hominum  
saluti perniciosius , ni-  
hil ad morum corruptelas  
potentius , nihil quo veri-  
us Caluinismo adhinnia-  
tur.

Illud tandem iniquissi-  
mum, quod tātā cum acri-  
moniā culices in Smitheo  
persequantur , in Kelliso-  
no Camelos deglutiant, ni-  
hil in istius doctrinā durū ,  
aut secius quàm deberet  
dictum insinuant, perinde,  
ac si Smitheus nō exoticas,  
& nunquam antē auditas  
nouitates, sed purā putam  
veritatem impugnasset.  
Discent profectò aliquan-  
do suo malo iniqui hi iu-  
dices , quàm sit diuino iu-  
dicio penitus infixum il-  
lud

Proue. Iud Sapiensis : Pondus &  
20. v.  
10. pondus, mensura & mensura,  
*utrumque abominabile est apud  
Deum.*

## CAPVT

